

7. *S* quoque finitum, si cónsona forte præibit,  
Ut *Serops*; at *Cyclops*, *Cereops* tendantur, et *Hydros*,  
*Europs*, *Scops*, *Conops*, junges queis ritè *Myopem*.

1. Ut *Hæctoris Nestoris*. 2 Ut *marmoris, èboris*. 3 Id est, comparativi gradus: *majus, majõris; melius, meliõris*. 4 Attamen *os, oris*, produçitur. 5 Ut *tripus, tripodis*. 6 *Bovis, bovi, bovem, bove, boves*, corripunt *o*: sed *bobus* in Dativo et Ablativo plurali produçunt: nam dicuntur esse contractiones à *bõvibus*. 7 et græca etiam, ut *Pelops, Pélopis*.

De litera *U*.— 1 *U* brevis augetur; sed in 2 *Uris* et *Udis* et *Utis*.

Ex *Us*: *Fur, Pollux, Lux, Frux* producta sonabunt. *Intercus, Ligus*, atque *Pecus* rapiantur ibidem.

1. Ut *dux, ducis: præsul, præsulis*. 2 Ut *Telluris à Tellus; paludis à palus; virtutis à virtus*.

## DE INCREMENTO PLURALI.

Est 1. Plurale incrementum penultima casus, Qui patrium superat primum, rectumque secundum.

2. *I, u* corripitur. 3 *A, e, o* pluralia produç.

1. Si obliqui plurales superant vel Genitivum singularis, vel Nominativum pluralis, tunc habebunt incrementum, ut *sermonibus* superat et Genitivum *sermonis*, et Nominativum *sermones*. 2 Ut *animalibus, portubus*. 3 Ut *quarum, rerum, dominorum*.

## DE INCREMENTO VERBI.

1. Personam primi presentis verba secundam Si numero vincunt, dicas *cremènta* tenere: *Cremèntum*, verbi primum dic, quod posituram Æquat: bis superans dicatur habere secundum: Quod si ter vincit, tria tunc cremènta notabis. Nam pro *incremento* numeranda est ultima nunquam.
2. Activa cum verba carent, fingemus eandem.

1. Secunda persona singularis indicativi modi norma est ad quam verborum *Incrementa* diriguntur: cui si verbum sit æquale, nullum est incrementum, ut *amas, amat*. Sin verbum longius sit una syllaba, unum habebit incrementum, si duabus, aut pluribus, totidem erunt incrementa: ut *amas, amabamus, amaverimus*. Ultima syllaba nunquam est incrementum. 2 In verbis Deponentibus fingenda est vox activa, ad quam verborum incrementa redigantur.

De litera *A*.— Põnitur 1 *a* longum, dum crescit: cõtrahe primum.  
Cremèntum verbi *Do, das*, cum pignore 3 primæ.

1. Ut *Stabam*. 2 Ut *Dabam*: ubi *a* corripitur: est enim primum cremèntum: nam *dabamus*, cum corripiat primam *a*, secundam produçit. 3 Compõsita inquam à *Do, das*, quæ inflectuntur per primam: ut *circumdabat*.

De litera *E*.— 1 *E* quoque produçunt verba crescentia; 2 verum.

Id rapiunt ante *r* ternæ duo tempora prima.

Sit brevis *e*, quando 3 *Ram, Rîm, Ro*, adjuncta sequantur.

4. *Reis, Rere* dabis longis: 5 *Beris* et *Bere curtis*.  
Cõtrahit interdum 6 *steterunt, dederuntque* poëta.

1. Ut, *fiëbat, rêbar*. 2. Id est, *e* ante *r* in quovis præsentè et imperfecto, quæ prima sunt tempora tertiæ conjugationis, ut *cognõsceris, cognõscerem, cognõscere*. 3 Ut *Amãveram, amãverim, amãvero*. 4 *Sequereris, sequererer*. 5 Ut *celebrãbere*. Virgilius et alii.

De litera *I*.— 1 Corripit *i* crescens verbum; sed 2 prótrahe quartæ.

Primum cremèntum. Semper produçitur 3 *ivi*. Præteriti breviatur *imus* penultima semper.

4. *Nolito* addatur longis: huic junge *Velimus*, Et *Simus* pariter, sòboles 5 quod tota sequetur.  
6. *Ri* conjunctivi poterit variare poësis.  
Orator patriæ doctum ne spreverit usum.

1. Ut *liquimus, amãbimus*. 2 Ut *ibam, ibo, subimus, venimus* in præsentè. 3 Ut *petivi*; sed *imus* ejusdem præteriti semper corripitur, ut *venimus, sensimus*. 4 Sic *nolimus, nolite*. 5 Ut *adsimus*. 6 *Amãverimus*, vel *amãverimus*, quæ variant celeberrimi poëtæ; sed in communi pronuntiatione, et soluta oratione serviendum est consuetudini patriæ.

De litera *O* et *U*.— 1 *O* crescens produç; *u* 2 verò corripere semper.

3. *U* sit in extremo penultima longa futuro.

1. Ut *amatôte*. 2 *Volumus: adsumus*. 3 Ut *futurus maturus*.

## DE PRIMIS ET MEDIIS SYLLABIS.

Syllabæ aut primum, aut médium, aut últimum locum occupant. Quæ hæcenus dicta sunt, præcipuè spectant ad primas et medias cognoscendas: *Exaudiverimus*, exempli causa, primam longam habet positione, secundam diphthongo; cæterarum trium cognitio ad verborum incrementa spectat. Si quando ergo prima, vel secunda syllaba occurrat, tum ad præcepta illa univèrsa confugies, tum ad nòminum et verborum incrementa, in quibus tanquam in sèdibus, ac locis quibusdam syllabarum dimensio latet, quos paratos et expeditos habere oportet. Quod si, ubi diligentius requireris, non apparuerit: experire, num pronuntiatione, tenoreque possis eam indagare. Fingamus antepenúltimam verbi *invideo*, quod quatuor syllabis constat tibi negotium facessere: excogita quo pacto fiat trisyllabum: atque ita accentu cognosces, sitne brevis, an longa: *invidēs, invidē*. Vides ut accentus syllabæ brevitatem aperuit? Idem in verbis *Peto, Paro, Loquor*, et similibus, quæ trium syllabarum fiunt, si præpositiones addas ad hunc modum: *Rèpeto, Còmparo, Alloquor*.

Deprehenditur etiam syllabarum quantitas analogia, atque similitudine. Seis *Amabilis*, verbi causa secundam habere longam: dices *Formidabilis, Penetrabilis, Lacrymabilis*, et cætera ejusdem similia, tertiam producere.

Compositio etiam et derivatio, de quibus supra actum est, syllabarum brevitatem, longitudinemque detegunt.

Quod si, his omnibus adhibitis remediis, hæseris, ne animo concidas: superest poetarum auctoritas, qua suas præceptiones fulciant grammatici. Ignoras *Metas*, exempli gratia, *Sudo, Studeo*? habéantne primas breves, an longas? Ungue, arrodenti, caputque perficanti Horatius opem feret.

Qui studet optatam cursu contingere metam  
Multa tulit, fecitque puer, sudavit et alsit.

Quæ cum ita sint, quam plurima carmina optimorum poetarum memoriæ sunt mandanda, versus sæ-

pissime scribendi. Quæ exercitatio multò facilius, et certius te syllabarum rationem docebit, quam de primis, et mediis præceptionum multitudo propè infinita. In quibus sanè aliter citantur versus, quam à poetis scripti fuerint: interdum alii pro aliis testes proferuntur. Quæ præceptiones ne in errorem inducant, diligenter cavendum est. Citantur sæpè poetæ, aut recentiores, aut vetustiores, quam ut eis fides habenda sit. Cæterorum testimonia non rarò depravata, ac corrupta proferuntur. Quare cui de primis et mediis syllabis privatas præceptiones tradere in animo erit, secum cogitet nihil ad hunc diem de ipsis à grammaticis traditum esse: evolvatque ipse summa cura, ac studio poetas omnes classici. Nam si iisdem testimoniis contentus erit, quæ ab aliis afferuntur, sæpè numero se falsum fuisse experietur. Sed hæc penè totam hominis non solum otiosi, sed etiam doctissimi vitam requirunt.

## DE ULTIMIS SYLLABIS.

## DE VOCALIBUS.

A in fine dictionis longa est, ut *Contra*. Excipe *Eja, Ita, Pòstea, Quia*, et omnes casus in *a*, præter Ablativos nostros, et Vocativos græcos, ut *Musa, Ænèa, Calchá*.

Græca verò à rectis in *es* brevissima sunt, ut *Orèsta*, ex *Orèstes*. Fecerunt *Fúriæ*, tristis *Orèsta*, tuæ. *Ovid. Trist. 1, Eleg. 4*.

E in fine brevis est, ut *Lègere*. Excipe *Me, te, se, de, è*, et omnia primæ et quintæ declinationis, ut *Anchislade, Diè, Ne*: et quæ inde oriuntur, ut *Quare, Hòdie*, quibus adde *Fame, Cete, Tempe*: et imperativum secundæ conjugationis numeri singularis, ut *Mone, Doce*: *Cave* ferè corripitur. Longa præterea sunt *Fère, Ferme, Ohe*: et adverbia à nominibus secundæ declinationis profecta, ut *Pulchrè, Sanctè*, præter *Benè* et *Malè*. Ne pro *Non* etiam producitur.

I in fine longa est, ut *Fieri*. Corripiuntur tamen *Nisi, Quasi*, et græca in *i*, vel *y*, ut *Pàlladi, Daphni, Moly, Mihi, Tibi, Sibi* ultimam habent communem. *Ibi, Ubi, Cui* (cum dissyllabum est) frequentius corripitur.

O indifferens est, ut *Sermo*. Excipe monosyllaba, ut *O, Do, Sto*, quæ longa sunt: Dativos et Ablativos, ut *Dòmino*: Adverbia à nominibus orta, ut *Eò, Tantò*, quibus accedunt *Adeò, Ideò*, præter *Citò, Imò, Modò, Pòstmodo*,

*Dummodo, Quomodo.* His adiunges *Scio, Nescio, Duo,* quæ habent o breve. Longa etiam sunt græca, quæ habent *Omega, ut Androgeo, et Ergo pro Causa.* Adverbiū *Serò,* et conjunctio *Verò* ultimam habent communem.

*U* in fine producitur, ut *Manu, Cornu, Panthu.*

## DE CONSONANTIBUS.

*B, d, t,* in fine corripuntur, ut *Ab, Ad, Amat.* *L* in fine corripitur, ut *Animal.* Excipe *Sal, Sol, Nil.* *R* in fine corripitur, ut *Amor.* Excipe *Cur, Far, Fur, Iber, Lar, Nar, Ver, Par,* cum compositis: et græca, quæ faciunt Genitivum in *eris,* ut *Aër, Aëris; Æther, Ætheris; Cæltiber* à Martiale corripitur; erit itaque anceps.

*C* finita longa sunt. Excipe *Donec, Nec, Fac, Hic,* pronomen virile anceps est.

*M* in fine, nisi adimatur per *Echlipsin,* brevis est, quod cernitur in compositis, ut *Circumago.*

*N* finita longa sunt, ut *Non.* Corripi *An, In, Forsan, Forsitan, Tamen, Attamen, Viden:* et finita in *en,* quæ faciunt Genitivum in *inis, Nomen, Nominis:* et græca in *on,* quæ ad secundam nostram declinationem spectant, ut *Pelion:* omnes denique accusandi casus à Nominativis ultimam brevem habentibus, ut *Scorpion, Thetin, Majan, Eginan, Ityn.*

*As* finita longa sunt, ut *Æstas, Amas.* Corripi græca, quorum Genitivus exit in *adis,* ut *Pallas, adis:* et Accusativos græcos tertiæ declinationis, ut *Troas, Delphinas.*

*Es* finita longa sunt, ut *Sermones, Doces.* Corripi *Es* à verbo *Sum,* cum compositis, ut *Potes:* item *penes* et neutra græca in *es,* ut *Cacoëthes:* et nomina latina tertiæ declinationis, quæ habent incrementum breve, ut *Miles, tis,* præter *Aries, Abies, Paries, Ceres, Pes,* cum compositis, ut *Cornipes.*

*Is,* vel *ys,* finita brevia sunt, ut *Apis, Typhys, Itys.* Excipe casus omnes multitudinis, ut *Viris, Armis, Nobis, Omnibus.* Item *Glis, Vis* (nomen et verbum) et *Velis, sis,* cum compositis, ut *Quamvis, Nolis, Adsis:* et secundas personas præsentis indicativi numeri singularis quartæ conjugationis, ut *Audis:* et Nominativos, quorum Genitivus exit in *inis, entis, itis,* penultima longa, ut *Salamen, inis; Simois, entis; Samnis, itis.*

*Os* finita longa sunt, ut *Os, oris, Minos.* Corripi *Os, ossis, Compos* et *Impos:* et græca neutra, ut *Chaos:* item *os* finita, quæ ad secundam latinam declinationem

trânseunt, ut *Tyros:* omnes denique Genitivos, à quibuscūque rectis proficiantur, ut *Arcados, Pallados.*

*Us* finita brevia sunt, ut *Litus, Intus, Pámphagus, Abyssus.* Excipe monosyllaba, ut *Plus, Rus:* et quæ crescunt in obliquis penultima longa, ut *Salus, itis:* et casus quartæ declinationis, præter Nominativum et Vocativum singularis, Dativum et Ablativum pluralis: item græca quorum Genitivus exit in *untis,* ut *Amáthus, untis,* et quæ ex *Pus, podos,* componuntur, ut *Tripus, odis:* quæque ex *ous* diphthongo contrahuntur, ut *Pánthus* ex *Pánthous:* et Genitivos à femininis in *o,* ut *Clio, Clius.* Huc etiam spectat sacrosanctum nomen *JESUS.*

## DE LICENTIA POETICA.

Poëtæ syllabis interdum pro suo jure abutuntur, ac breves pro longis, longas item pro brevibus frequentè usurpant, ut Virg. 6 *Æneid.:* *Obstipui, steteruntque comæ.*

Interdum etiam diphthongum, et vocalem longam, cum vocalem diversæ dictionis præcedunt, brevem efficiunt prætermissa synalæpha, ut Virg. *Æneid. 5:* *Insulæ Iónio in magno, quas dira Cælano.* *Æneid. 5:* *Victor apud rapidum Simoënta sub Ilio alto.* Ubi steterunt in primo carmine, *Insulæ* in secundo, *Ilio* in tertio breves sunt.

Monosyllaba brevia græcorum more nonnunquam producunt. Virg. *Æneid. 3:* *Liminaque, Laurusque, Dei, totisque moveri.*

Syllaba brevis post quatuor primos pedes (maximè secundum et tertium) relicta interdum etiam à poëtis producitur *Æneid. 4:* *Pectoribus inhians, spirantia consulit exta.* Idem 5: *Emicat Euryalus, et munere victor amici.* Idem ibidem: *Ostentans artem pariter, arcumque sonantem.* Idem, *Eclog, 4:* *Ille latus niveum molli fultus Hyacintho.* Hujusmodi autem licentia in suis carminibus componendis Tyrónes uti non debent.

Ultima syllaba versus communis est: itaque brevis pro longa; longa item pro brevi poni potest.

## DE NECESSITATE METRICA.

Lex métrica, necessitasque cogit poëtæ breves aliquando syllabas producere, velut cum sunt tres breves continuæ in carmine heróico, quod in *Italia, Ibitis, Italiã,* portusque intrare licet. Aut contra longas corripere: ut

cùm brevis inter duas longas est. Juvenal. : *Fugerunt trépidi vera, ac manifesta canentem Stoicidæ. Dixit Stoicidæ penúltima brevi, necessitate metri constrictus.*

## DE VERSIFICANDI RATIONE

## AC PRIMUM DE PEDIBUS.

Quoniam de *Syllabarum quantitate* dictum est, superest, ut de *Pedibus*, qui ex ipsis *Syllabis*, et de *Versu*, qui ex *Pedibus* constat, breviter dicamus.

*Pes* est pars versus, certo syllabarum genere, numero, atque ordine difinita.

*Duarum syllabarum pedes.*

*Spondeus* constat ex duabus syllabis longis, ut *Possunt*, *Pyrrhichius* ex duabus brevibus, ut *Ruit*, *Choreus*, sive *Trochæus*, ex longa et brevi, ut *Annus*, *Iambus* ex brevi et longa, ut *Amant*.

*Trium syllabarum pedes.*

*Molossus* constat ex tribus longis, ut *Cernebant*, *Tribrachys* ex tribus brevibus, ut *Caperè*, *Dactylus* ex longa et duabus brevibus, ut *Tempora*, *Anapæstus* ex duabus brevibus et longa, ut *Capiunt*, *Bacchius* ex brevi et duabus longis, ut *Amabant*, *Antibacchius* ex duabus longis et brevi, ut *Conducit*, *Cræticus*, sive *Amphimacer*, ex longa, brevi et longa, ut *Dicerent*, *Amphibrachys* ex brevi, longa et brevi, ut *Amemus*.

*Quatuor syllabarum pedes.*

*Dispondeus* constat ex duobus *Spondeis*, ut *Commiscébant*, *Proceleusmaticus* ex duobus *Pyrrhichis*, ut *Ariete*, *Dichoreus* ex duobus *Choreis*, ut *Pertinere*, *Diiambus* ex duobus *Iambis*, ut *Relinquerent*, *Choriambus* ex *Choreo*, et *Iambo*, ut *Mobilitas*, *Antispæstus* ex *Iambo* et *Choreo*, ut *Retardare*, *Ionicus à Majore* ex *Spondeo* et *Pyrrhichio*, ut *Dece- nimus*, *Ionicus à Minore* ex *Pyrrhichio* et *Spondeo*, ut *Cupiebant*.

*Pæones.*

*Pæones* quatuor sunt : omnes ex tribus brevibus, et una longa constant : hac lege, ut primus primam habeat longam, secundus secundam, tertius tertiam, quartus

quartam, ut *Corporibus*, *Retundere*, *Retinebat*, *Docue- rant*.

*Epitriti, sive Hippiti.*

*Epitriti* sunt itidem quatuor superioribus contrarii, constant omnes ex tribus longis, et una brevi ; hac lege, ut primus habeat primam brevem, secundus secundam, tertius tertiam, quartus quartam, ut *Amaverunt*, *Com- probarent*, *Denuntiant*, *Contendemus*.

*Quinque syllabarum pedes.*

Quinque syllabarum pedes inusitati sunt, præter *Dochi- mum*, oratoriae compositioni maximè appositum, constat ex *Iambo*, et *Crætico*, ut *Perhorrescerent*.

## DE VERSU.

*Versus* est oratio certo genere, numero, atque ordine pedum alligata. Sunt autem varia carminum genera.

*De Hexámetro, sive Heroico.*

*Hexâmetrum* carmen constat sex pedibus, quorum quintus *Dactylus* est, sextus *Spondeus*, reliqui vel *Dactyli*, vel *Spondei*, vel *Mixti*. Virg. *Æneid.* 2 :

Urbs antiqua ruit multos dominata per annos.

Quintus pes nonnumquam *Spondeus* est; undè versus *Spondiacus* appellatur : quo vel rei alicujus gravitas, et amplitudo, vel ingens mœror, animique angor, vel aliud declaratur. Virg. :

Chara Deum soboles, magnum Jovis incrementum.

*Pentâmetrum Carmen.*

*Pentâmetrum Carmen*, quod cum *Hexâmetro* ferè con- jungitur, quinque habet pedes : quorum duo primi vel *Dactyli*, vel *Spondei* esse possunt; syllaba longa adjuncta, quæ *cæsura*, vel *semipes* dicitur : duo reliqui perpétuo sunt *Dactyli*, quibus *semipes* itidem adjungitur, ut ex utroque *semipede* quintus fiat, vel tertio loco *Spondeus*, deinde duo *Anapæsti*. Ovid. :

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,  
Et subito casu, quæ valuere ruunt.

*Senarius Iambicus*, sive *Trimeter Iambicus Acatalëcticus*.

*Senarius Iambicus* sex pëdibus constat : qui cùm purus est, et integer, omnibus in locis Iambos habet. Horat. Epod. Od. 2 :

Beatus ille, qui procul negotiis.

Potest autem primo, tertio, et quinto loco Spondëum, et Dactylum, et Anapæstum accipere : omnibus etiam locis, præterquam sexto, Tribrachym. Horat. :

Pavidumque leporem, et advenam laqueo gruem.

*Dimetrum Iambicum* quatuor recipit pedes ; secundo et quarto loco Iambos ; primo et tertio Iambum, Spondëum, Dactylum, vel Anapæstum. Potest etiam in omnibus, præter quartum, Tribrachym accipere. Subscribitur interdum hic versus eleganter Senario Iambico. Martial. :

Vir Celtiberis non tacende gentibus,  
Nostræque laus Hispaniæ.

*Scæzon*, sive *Choriambus*.

*Scæzon* semper quinto loco habet Iambum, sexto vero Spondëum : cæteris omnibus cum Senario Iambico consentit. Martial. :

Extemporalis factus est meus Rhetor.

*Anapæsticum Dimetrum Acatalëcticum*.

*Anapæsticum* carmen, quo frequenter in Choris utitur Senece, constat quatuor pedibus : qui ferè sunt Dactyli, vel Spondëi, permixtis Anapæstis : ita tamen, ut secundo et quarto loco absit Dactylus. Secundus pes dictionem terminet, qui plerumque est Spondëus.

Lugeat æther, magnusque parens  
Ætheris alti, tellusque ferax,  
Et vaga Ponti mobilis unda.

*Glyconium*.

*Glyconium* carmen constat Spondëo et duobus Dactylis, quo Senece interdum Choros scribit.

Tandem Regia nobilis,  
Antiqui genus Inachi.

*Asclepiadëum*.

*Asclepiadëum* carmen constat Spondëo, duobus Choriambis, et Pyrrhichio, vel Spondëo, Dactylo, adjuncta syllaba longa, deinde duobus Dactylis. Carm. 1 Horat. :

Mœcenas atavis edite Régibus.

*Phalëcum*, sive *Hendecasyllabum*.

*Phalëcum* carmen quinque pëdibus constat : Spondëo, Dactylo, deinde tribus Chorëis. Horat.

Commendo tibi, Quintiane, nostros,  
Nostros dicere si tamen libellos  
Possum, quos recitat tuus poeta.

Sunt, qui in primo pede nulla lege adstringantur, ut sæpè fecit Flaminius, aliquando Catullus.

*Saphicum Carmen*.

Versus *Saphicus* quinque pedes hoc ordine admittit : Chorëum, Spondëum, Dactylum, deinde duos Chorëos : tertio cuique carmini ferè necitur *Adonius*, qui ex Dactylo et Spondëo constat. Horatius :

Integer vitæ, scelerisque purus  
Non eget Mauri jaculis, nec arcu,  
Nec venenatis grævida sagittis,  
Fusce, pharëtra.

DE CARMINUM FIGURIS.

*Synalæpha*.

*Synalæpha* figura est, cùm vocalis, aut diphthongus præcedentis dictionis à sequenti excipitur, et quodammodo absorbëtur. Virgil. :

Conticuere omnes, intentique ora tenebant.

Interdum hanc figuram pro sua licentia omittunt poëtæ : maxime cùm vocalis est longa, aut diphthongus. Virg. Æneid. 1.

Posthabita coluisse Samo : hic illius arma.

Idem Georg. 1 :

Glauco, et Panopææ et Inoo Melicertæ.

O! et Heu! non eliduntur per Synalœpham. Virg. Æneid. :

O pater, o hominum, Divumque æterna potestas!  
Stat., Th. 5: Heu! ubi sidera vultus.

Fit interdum *Synalœpha* in diversis carminibus, Virg. Georg. 2 :

Inseritur verò ex fœtu nucis arbutus hœrîda,  
Et stériles plátani malos gessere valentes.

#### *Ecthlipsis.*

*Ecthlipsis* est, cum *m* litera simul cum vocáli præcedenti eliditur propter sequentem vocalem alterius dictionis. Virg. Æneid. 3 :

Itáliam, Italiã primus conclamat Achates.

Prisci *m* literam cum vocáli corrèpta interdum servabant. Ennius, Ann. 10 :

Insignita ferè tum millia militum octo.

Reperitur etiam *Ecthlipsis* in diversis carminibus. Virg. :

Aut dulcis musti Vulcãno decocuit humorem :  
Et fôliis undam tẽpidi despumat aheni.

Prisci poëtæ *s* literam passim elidébant : quod si deinde concurrerent vocales, prior à posteriori per *Synalœpham* excipiebatur. Enn. :

Doctus, fidelis, homo suavis, jucundus, suoque  
Contentus, atque beatus, scitus, secunda loquens in  
Tempore, commodus, et verborum vir paucorum.

*Doctu fi, Cundu su* in primo carmine Dactyli sunt : in secundo ex primo verbo exeritur *s*, deinde fit *Synalœpha* sic, *Content-atque be*.

#### *Synœresis.*

*Synœresis*, quæ *Episynalœpha* appellatur, est syllaba una ex duabus facta : quod fit, cum duæ vocales in unam contrahuntur, ut *Alvearia, Eadem, Alveo, Eodem, Denarius* Virg. 4 Georg. : *Seu lento fuerint alvearia vimine texta*. Idem accidit Genitivis *Oilei, Achillei, Ulyssæi* :

Dativis et Ablativis *Tereo, Typhœo*, et similibus : interdum et Accusativos *Typhœa*. Sed in horum contractione delictu, et auctoritate uti necesse est. Omnibus verò uti licet istis : *Cui, Huic, Di, Diis, Iis, Iisdem, Dein, Deinde, Deinceps, Dehinc*, et contractione verbi *Dees, Deeram, Deerit, Deerunt, Deesse*, et eorum, quæ ex *semi* componuntur ut *Semianimis, Semihora*. Huc etiam spectat *Anteambulo, Antehac, Anteire*, et si qua præter ea sunt.

#### *Diœresis, sive Dialysis.*

*Diœresis* est, cum syllaba una in duas dividitur, ut *Aurâi* pro *Auræ*, *Silvâi* pro *silvæ*. Virg. 6 Æneid. : *Ethereum sensum, atque aurâi simplicis ignem*.

Aut cum *j* et *v* consonantes mutantur in vocales.

*Plaut.* Hoc agite, stulti spectatores, nunc jam.

*Ovid.* Ne temerè in mediis dissoluantur aquis.

*Jam* Iambus est, et *Dissolu* Dactylus : mutantur enim consonantes in vocales.

#### *Systole.*

*Systole* est, cum syllaba natura longa, aut positione corripitur, sed altera consonante extrita. Virg. 6 Æneid. :

Ille autem, paribus quas fulgere cernis in armis.

*Ovid.* Turpe putas abici, quia sit miserandus, amicum.

*Ubi fulgere*, longa pro brevi, *abici* pro *abjici* ponitur.

#### *Ectasis, sive Diástole.*

*Ectasis, sive Diástole* est, cum aut syllaba natura brevis simpliciter producitur. Virg. Æneid. :

Italiã fato profugus, Lavinaque venit.

Aut cum eadem consona geminatur. Virg. Æneid. :

Relligione patrum multos servata per annos.

Aut cum *i* et *u* vocales in consonantes transeunt. Virg. Æneid. 11 : *Adversi longa transverberat abiete pectus*. Æneid. 5 : *Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus*.

*Abjete et Genvala Dáctyli sunt, mutántur enim vocáles in consonántes, quemádmódu[m] consonántes per Dieresim in vocáles mutári diximus. Sunt autem, qui existimunt, Proceleusmáticos illos esse pedes.*

*De Cæsúra.*

Pedes in versu, máxime heróico, ita collocári debent, et colligári, ut mútuo complexu álíi ex álíis pendeant, neque singuli à singulis verbis consent, quo nihil est deformius et insuávius. Simile est illud: *Romæ mænia térruit impiger Hännibal armis.* Quanto illa pulchrióra et suavióra, ubi verba ipsa ad pedum structuram conciduntur.

*Virg.* Tunc victu révocant vires : fusique per herbam.  
*Ecl. 5.* Semper honos, noménque tuum, laudésque manébunt.

Syllaba, quæ ex dictione cæditur, nec post quemvis pedem relinquitur, vulgò *Cæsúra* dicitur : cujus tanta vis est, ut beneficio ejus brevis syllaba producatur. Est enim quoddam in ipsa divisione verbórum latens tempus, nam dum morámur, atque ad álía transimus, intervállum unum, spatiúmque lucrámur. *Virg.* :

Omnia vincit amor, et nos cedámus amóri.

Anapæstici versus óptimi putántur, si pedes singuli è singulis fiant verbis.

*Sen.* Tertia misit buccina signum.  
*Idem.* Nondum seræ nuntius horæ.

*De Trihemimeri, Penthemimeri, Trocháica, etc.*

Véteres Grammatici versum heróicum in quinque partes secant, quas *Sectiones*, sive *Cæsúras* appéllant : Trihemimerim, Penthemimerim, Trocháicam, Hephthemimerim, Bucólicam, aut Tetrapódiam.

*Trihemimeris*, latinè *Semiternária*, contémet unum pedem et syllabam, quæ dictionem claudat. *Virg.*, *Ecl. 1.*

Silvéstrem.  
Nos pátriam.  
Formósam.

*Penthemimeris*, latinè *Semiquinária*, constat ex duobus pédibus et syllaba, quæ dictionem claudat, ut *Virg.* 12. *Æn.* :

Ut belli signum.  
Pánditur intérea.  
Turnus, ut infráctos.

*Trocháica* post duos pedes habet duas syllabas, longam et brevem, sive Trocháum, qui dictionem términet, ut *Virg.* :

Non omnes arbústa.  
Infándum regina.  
Excútiens cervice.

*Hephthemimeris*, latinè *Semiseptenária*, contémet tres pedes et syllabam, quæ dictionem finiat, ut *Virg.* :

Tálibus Ilióneus cuncti...  
Multa super Priamo rógitans...  
Terram inter fluctus áperit...

*Bucólica*, seu *Tetrapodia* fit, si semiseptenáriæ duas breves adjúnxeris ut.

Tálibus Ilióneus, cuncti simul.  
Multa super Priamo rógitans, super.  
Terram inter fluctus áperit, furit.

Hanc tamen postrémam ajunt própriam esse Bucólici carminis, quo Theócritus plúrimum est usus. Versus, qui heróici nómine digni censéntur, modò *Cæsúram* unam habent. *Virg.* *Eneid.*

Pánditur intérea domus omnipoténtis Olympi.  
Turnus ut infráctos, advérso Marte, Latinos.

Hi versus solam *Semiquináriam* habent.  
Modò duas habent *Cæsúras*, ut

Non omnes arbústa juvant, humilesque myricæ.  
Infándum, regina, jubes renováre dolorem.  
Excútiens cervice torós, fixúmque latrónis.

Omnes hi versus *Trocháica* et *Semiseptenária* constant.

Modò tres *Cæsúras* habent, ut

Tálibus Ilióneus, cuncti simul ore fremébant.  
Multa super Priamo rógitans, super Hectore multa.  
Terram inter fluctus áperit, furit æstus arénis.

Omnes hi, et *Semiquináriam*, et *Semiseptenáriam*, et *Bucólicam* habent *Cæsúram*.

## DE PATRONYMICIS NOMINIBUS.

Nomen *Patronymicum* est, quod à patre, matre, et majoribus quibuscumque derivatum, significat filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel ex posteris aliquem. Terminaciones Patronymicorum sunt quatuor: in *des*, ut *Priamides*: in *as*, ut *Pelias*: in *is*, *Priamis*: in *ne*, ut *Nerine*.

Quæ in *des* exeunt, masculina sunt, formanturque à nominibus primæ declinationis, æ genitivi mutata in *ades*, at *Aneas*, æ, *Enéades*: ab *Anchisæ*, *Anchisiades*. A nominibus verò secundæ, et tertiæ declinationis formantur à primo casu finito in *i*, addito *des*, ut *Priamus*, *ami*, *Priamides*: *Nestor*, *oris*, *ori*, *Nestorides*.

Horum feminina in *as* et *is* formantur ab ipsis masculinis, syllaba *de* nominativi sublata, ut *Priamides*, *Priamis*, *idis*: *Thestiades*, *Thestias*, *iadis*.

Finita in *ne* quæ feminina etiam sunt, à Genitivo nominum secundæ declinationis fiunt, addita *ne* syllaba penultima longa: ut ab hoc Genitivo *Neptuni*, *Neptunine*: sic *Adrastine* à Genitivo *Adrasti*: *Nerine* fit à Genitivo *Nerei*, *e*, et *i* mutatis in *i* longum. Quæ aliter formantur, usus docébit.

## DE METAPLASMO.

*Metaplasmus* dicitur, cum verborum vetus, et usitata forma necessitate metri, vel ordinandi poematis causa, à poetis in novam figuram, faciemque sermonis mutatur, vel additione, vel detractio, vel permutatione, vel translatione literarum. Sunt autem Metaplasmi aliquot species.

*Próthesis* vocatur litera, vel syllaba principio dictionis addita, ut *Gnatus* pro *Natus*: *Tetulissem* pro *Tulissim*.

*Epenthesis* est, cum medio dictionis litera, aut syllaba interjicitur, ut *Religio* pro *Religio*: *Mavors*, pro *Mars*: *Návita* pro *Nauta*: *Redeo*, etc.

*Paragoge*, seu *Proparalepsis* dicitur, cum extremæ syllabæ aliquid adjungitur, ut *Deludier* pro *Deludi*: *Admittier* pro *Admitti*.

*Aphæresis* est, cum litera vel syllaba principio dictionis subtrahitur, ut *Ruo* pro *Eruo*.

*Syncope* est, cum litera vel syllaba è medio dictionis subtrahitur, ut *Gubernacio* pro *Gubernaculo*: *Periculis* pro *Periculis*.

*Apocope* in fine dictionis aliquid detrahit, ut *Tuguri* pro *Tugurii*: *Oti* pro *Oti*.

*Tmesis* est, cum dictio dividitur, interposita altera dictione integra, ut *Circum Dea fudit*, pro *Dea circumfudit*: *Septem subjecta trioni*, pro *subjecta Septemtrioni*.

*Antithesis* est literæ commutatio, ut *Olli* pro *Illi*.

*Metathesis* est literarum ordo immutatus, ut *Tymbre* pro *Tymber*.

## DE ACCENTU.

*Accentus* quem *Græci Prosodiam*, Latini *tenorem*, et *tonum* interdum vocant, rector est, ac moderator pronuntiationis: eo enim vel attollitur, vel dejectur vox, vel partim attollitur, partim deprimitur. Sunt verò tres accentus, *Acutus*, *Gravis* et *Circumflexus*. *Acuti* nota è sinistra in dexteram obliquè ascendit, ut (*á*). *Gravis* à summo in dextrum obliquè descendit, ut (*à*). *Circumflexus* ex acuto et gravi constat, ut (*â*). Atque acuto quidem accentu attollitur syllaba, gravi deprimitur, ut *Populus*: ubi antepenultima acuitur penultima, et ultima deprimuntur. Accentu circumflexo partim attollitur, partim dejectur syllaba, ut *Románus*; cujus hodiè incertus est sonus. Itaque veteris pronuntiationis ignari eodem penitus sono et acutas, et circumflexas syllabas efférimus. *Acutus* Accentus in penultima, antepenultima locum habet. *Circumflexus* in penultima tantum. *Gravis*, ubi uterque abest.

Nullius verbi latini ultima syllaba (auctore Quintiliano) aut acuitur, aut circumflectitur. Quare *Palam*, *una*, et id genus adverbia, prima acuta sunt pronuntianda. Quæ si gravi à typographis notantur accentu, id quidem fit, ut adverbia esse noscantur.

Dictio monosyllaba natura brevis, aut solum positione longa acuitur, ut *at*, *Dux*, *Pax*; longa tamen natura, aut positione simul et natura, circumflectitur, ut *Rós*, *Lux*.

Dictio dissyllaba circumflectit priorem natura longam, aut positione simul et natura, modo posterior sit brevis, ut *Æstus*, *Mátris*, *Vita*; alioquin acuit, ut *Arma*, *Æstas*, *Máns*.

In Polysyllabis semper observanda est penultima, quæ flectitur, si longa fuerit natura, aut natura simul et positione, dummodo, ultima brevis sit, ut *Amicus*, *Palæstra*. Alioquin acuitur, ut *Romános*, *Martiáli*. Si verò pe-



núltima brevis sit, semper acúitur antepenúltima, ut *Pópulus*.

*De græcis verbis.*

Quæ omnino græca sunt verba, græco prorsus accéntu pronuntiári debent, ut *Paralypoménon* penúltima acúta: *Lithóstrotos* antepenúltima acúta: quæ verò latinitatè donáta sunt, ea erunt latinórum norma metiéndá, ut *Idólum*, média flexa, cùm à græcis antepenúltima acúta pronuntiétur.

*De hebræis vóciibus.*

Hebrææ plures voces hebræo étiam pronuntiántur accéntu: *Amén, Cherubin, Seraphin*, quæ acúta extrema, ut pleráque alia, efferúntur. Alia verò acúta penúltima pronuntiántur: *Abel, Cáin, Lámech, Nóe, Abigául, Báal, Edén, Epháta, Ephráim, Gomor, Isbóseth, Pháse, Sibbólet*, et quæ in *Ezer, Sedech, Mélech, Ai* exeunt, ut *Ellezer, Melchisédech, Abimélech, Sarái, Sinái*. Quæ verò latíno more inflectúntur, ad latinórum régulas referéndá sunt. Sciéndum item, hebræa omnia, quæ habent accéntum in última, si latíno more inflectántur, debent retinére accéntum in eadém; quæ jam tamen erit penúltima, ut *Adám* accéntum habet in última, et inflexum erit, *Adámus*. Eadem præceptio esto de nominibus bárbaris, ut *Enrique, Enricus*.

ALGUNAS REGLAS

DE BUENA PRONUNCIACION

ORTOGRAFIA Y PUNTUACION

PARA LOS PRINCIPIANTES.

REGLAS DE PRONUNCIACION.

La buena pronunçiaçion depende de la buena ortografía, pues se ha de pronunçiar así como se escribe. Las letras se pronunçian así: *A, Be, Ce, De, E, Ef, Ge, Ha, I, El, Em, En, O, Pe, Qu, Er, Es, Te, V, Ix, Ypsilon, Zeta*.

La *b* se ha de pronunçiar juntos los labios, y la *v* apartados: y así se distingue *Bibo*, por *beber*, *Vivo* por *vivir*.

La *c* y la *g* ántes de *e* y de *i* se pronunçian como en castellano *Cecilia, Gente Gigante*. Este es el uso; pero algunos enseñan que se han de pronunçiar como ántes de las demas vocales. Véase á Justo Lipsio *de Pronunçiaçione latina*.

La *m* en el fin se pronunçia juntos los labios, y la *n* apartados: como *Enim, Non*.

La *t*, tocando con la lengua al paladar, y la *d* á los dientes: como *At, Ad*.

La *t* en medio de dición se pronunçia como *c*, siempre que se siguen dos vocales, de las cuales la primera es *i*, como *Justitia*: si no es cuando á la *t* se le sigue *h*, ó le precede *s* ó *x*, que entónces guarda su sonido, como *struthio, pythia, quæstio, mixtio*, aunque otros escriben *mistio*.

Lo que advertimos de la *c* y de la *g* de Justo Lipsio, advertimos de la *t*, segun la doctrina del mismo.

La *x* siempre se ha de pronunçiar como cuando está en el fin, pues como decimos *Illex* y *Dux*, así diremos *Illexi* y *Duxi*.

*Reglas de Ortografía.*

Los casos acabados en *e* de nombres latinos de la primera declinacion se escriben con *æ* diptongo, y tambien

*hæc, quæ*, con sus compuestos, y no otro alguno. *Væ* interjeccion, y *Næ* adverbio.

*Præ* siempre se escribe con diptongo, fuera *Præsbyter*, *Præx*, *Precis*, *Premo*, *Prehendo*, *Interpres* y *Prætium*, con sus derivados.

Antes de *b*, *p* y *m* no se escribe *n*, sino *m*, como *Ambio*, *Impèrium*, *Sammum*.

*B* se escribe en los dativos y ablativos en *bus*, y en los verbales en *bilis*, y en los tiempos en *bam* y en *bo*.

Tres reglas hay para conocer las dicciones que se escriben con *c* ó con *t* ántes de dos vocales. La primera es en los verbos la segunda persona del singular del verbo, como *Facis* en *Fácio*; *Sentis* en *Séntio*. La segunda es el vocativo en los nombres propios en *ius*, como *Laurénti* en *Lauréntius*; *Luci* en *Lúcius*. La tercera es buscar el origen de donde se derivan, como de *Prudenti*, *Prudentia*; de *Júdici*, *Judicium*. Pero las dicciones que no tienen de donde derivarse se escriben con *t*, como *Amicitia*.

*E* no se escribe ántes de *s* siguiéndose otra consonante á la *s*, como *Stúdium*: sácause *Esca*, *Estuo*, *Estimo*, con sus derivados, y algunas personas de *Sum*, *es*, *sui*, ó nombres peregrinos, como *Esaias*.

Los nombres acabados en *ius*, *ia*, *ium*, en los casos en *i* y en *is*, doblan la *i*, como *áti*, *áliis*, excepto los vocativos de los nombres propios, como *Antóni*, *Laurénti*.

Los superlativos en *limus*, *rimus* y *simus*, y los tiempos en *sem* y se doblan la *l*, *r* y *s* como *Facillimus*, *Tenerimus*, *Doctissimus*, *Essem*, *Esse*.

Ninguna dición latina se acaba en *n*, sino en *m*, excepto los nombres en *en*: los griegos acabados en *an*, *in*, *on*; y estas nueve dicciones, *An*, *En*, *In*, *Forsan*, *Forsitan*, *Non*, *Sin*, *Quin*, *Tamen*, con sus compuestos.

Después de *q* siempre se ha de seguir *u*, la cual se dobla (no siguiéndosele otra vocal diferente) como en *Æquus*, *Reliquus*.

Ninguna dición latina se acaba en *d*, sino en *t*, fuera de *Ad*, *Apud*, *Haud*, *Sed*, *Id*, *Istud*, *Illud*, *Aliud*, *Quid* y *Quod* con sus compuestos.

*V* consonante se pone en principio de dición y en medio cuando hay equivocacion, como en *Volvi*; mas la *u* vocal en medio y fin, como *Volumus*. Algunos enseñan que se use de la *v* consonante cuando hiere, y de la vocal cuando es herida, ó no hiere.

Todos los pretéritos en *vi* se escriben con *v* consonante, como *Amávi*, excepto los verbos en *bo*.

Y griega ni castellana, que es la *jota*, no se escribe en dicciones latinas.

Nunca puede doblarse una misma consonante, si no es entre dos vocales, excepto cuando se sigue líquidas como *Af-fligo*, *At-tribuo*.

Toda preposicion acabada en consonante, que compone con otra dición, comunmente muda su última consonante en la primera de la otra dición, como *Af-fero*.

Todo principio de nombre propio, y de sobrenombre de dignidad, cláusula y verso se escribe con letra grande, como *Marcus*, *Túllius*, *Consul*, etc.

#### De la division de las letras al fin del renglon.

Ninguna consonante se dobla al principio ni al fin del renglon. Las sílabas y consonantes se han de dividir como se deletrean (es constante en castellano; y en latin cuando no hay regla en contrario), conforme á estas reglas: 1º Cuando una sola consonante se pone entre dos vocales, pertenece á la segunda, como *Dó-mi-nus*. 2º Cuando entre dos vocales hay dos consonantes semejantes, se han de dividir, como *Ec-ce*. 3º Todas las consonantes, que se pueden hallar juntas en principio de dición, no se han de apartar en medio de ella, como *Pas-tor*, *Doc-tus*, *A-trium*, *Mag-num*. 4º En los compuestos las consonantes van con aquella vocal, cuyas eran ántes de la composicion: como *Ad-scribo*, *At-tribuo*, *Aru-speræ*, y *Abs-tineo*.

#### Reglas de la puntuacion de la cláusula.

La cláusula, ó período, se divide ordinariamente en siete partes, que son *Inciso*, *Colon imperfecto*, *Colon perfecto*, *Paréntesis*, *Interrogacion*, *Admiracion*, y *Punto*.

*Inciso* ó *Coma* es una cedilla, ó semicírculo de esta suerte (,) con la cual dividimos la cláusula en sus partes mas menudas, y se pone ántes de relativo y de conjuncion, y después de cada verbo con sus casos, que es al fin de cada oracion.

*Colon imperfecto* es una señal, que se hace con una coma y un punto encima de esta suerte (;), y úsase de ella en palabras y sentencias contrarias, como *Onero*; *Exónero*; *Exuo*; *Induo*.

*Colon perfecto* ó *miembro* son dos puntos, uno sobre el otro, así (;) con el cual se dividen los principales miembros de la cláusula, cuando estando acabada la oracion quanto al régimen, no queda perfecta quanto al sentido.

*Paréntesis* es un círculo partido por medio, que abraza el renglon de alto á bajo de esta manera ( ), dentro del cual ponemos algunas cosas, que quitada, no queda imperfecta la oracion.

*Interrogacion* es un punto con una *c* encima vuelta al revés de esta forma (?), de la cual usamos en las preguntas.

*Admiracion* es una *i* vuelta al revés, de esta figura (!), de la cual usamos al fin de la oracion cuando nos maravillamos.

*Punto final* es el que se pone al fin de la razon ó sentencia, cuando no se aguarda otra cosa, ni para el régimen, ni para el sentido de ella; señalase de este modo (.),

La nota de la *Diéresis* son dos puntos sobre una de dos vocales, que juntas suelen hacer una sílaba; y esta señal las hace dos, dividiéndolas, como *Aër*, *iüs*, *iü*, *üo*.

Sobre algunas partes de la oracion indeclinables se pone un rasguillo, para distinguir las de otras declinables sus semejantes, como en *Quàm*, *Quód*.

Cuando al fin del renglon se divide alguna dicción, se le pone una ó dos rayitas de esta suerte (- -), lo cual es necesario hacer cuando la primera parte de la dicción dividida significa alguna cosa, como *Cor-pus*, *Septem-triones*; á que llaman *Hyphen*, *id est*, *Subunio*.

*Apóstrofe* es una virgulilla ó coma sobre alguna letra, que denota faltar allí una vocal, v. g. *Tanton' me crimine dignum duxisti?* Virg.

## INDICE

## DE LOS NOMBRES QUE SE HALLAN

EN LOS

GÉNEROS, DECLINACIONES Y SILABAS.

No se ponen aquí los nombres, cuya significacion se puede fácilmente entender de la palabra latina.

En los nombres de la tercera declinacion no se pone el Genitivo cuando es igual al Nominativo, ni tampoco se pone acento en la penúltima del Genitivo cuando es breve. La *m* entre punto y coma significa masculino : la *f* femenino : la *n* neutro : la *c* comun de dos : la *o* comun de tres : la *a* ambiguo.

## A.

- |  |  |
|--|--|
| Abax, acis, m. <i>el aparador.</i>                   | Ales, itis, o. <i>cosa ligera, y por el ave, a.</i>            |
| Abies, etis, f. <i>el abeto, árbol.</i>              | Alvus, i, f. <i>el vientre.</i>                                |
| Acer, eris, n. <i>el acebo, árbol.</i>               | Amnis, m. <i>el rio.</i>                                       |
| Acinaces, is, m. <i>el alfanje persico.</i>          | Anas, atis, f. <i>el ánade.</i>                                |
| Acus, us, f. <i>la aguja.</i>                        | Anguis, a. <i>la culebra.</i>                                  |
| Adamas, antis, m. <i>el diamante.</i>                | Anio, enis, m. <i>un rio de Italia.</i>                        |
| Adeps, ipis, a. <i>la grasura.</i>                   | Antes, tium, m. <i>el vallado.</i>                             |
| Ador, oris, n. <i>la escanda, pan.</i>               | Antrax, acis, m. <i>el carbunco, enfermedad.</i>               |
| Adria, æ, m. <i>el golfo de Venecia.</i>             | Anxur, uris, m. <i>vel n. Terra-cina.</i>                      |
| Aëdon, ónis, f. <i>el ruiseñor.</i>                  | Aqualis, m. <i>el jarro para agua.</i>                         |
| Æquor, oris, n. <i>la llanura, y el mar.</i>         | Arcus, us, m. <i>el arco.</i>                                  |
| Æs, eris, n. <i>el cobre.</i>                        | Argos, anómalo, n. <i>vel Argi, órum, m. ciudad de Grecia.</i> |
| Æther, eris, m. <i>la region del fuego.</i>          | Aries, arietis, m. <i>el carnero ó máquina.</i>                |
| Acragas, antis, m. <i>un monte, y por ciudad, f.</i> | Artus, us, m. <i>el artejo, ó nudillo.</i>                     |
| Alcyon, onis, f. <i>una ave así llamada.</i>         |  |

Hepar, hépatis, n. *el hígado.*  
 Hippo, ónis, a. *una ciudad.*  
 Hippómanes, defectivo, n. *la ponzona de yegua.*  
 Humus, i. f. *la tierra.*  
 Hydrops, ópis, m. *la hidropesía.*  
 Hymen, enis, m. *cierta telilla, y el dios de las bodas.*  
 Hystrix, icis, f. *el puerco espín.*

## I.

Iber, i, *vel éris, m. el Aragónés.*  
 Icon, onis, m. *la imagen.*  
 Idus, iduum, f. *los idus del mes.*  
 Ignis, m. *el fuego.*  
 Imber, bris, m. *la lluvia.*  
 Imbrex, icis, a. *la teja.*  
 Impos, ótis, o. *cosa que no puede.*  
 Innúba, æ, f. *la mujer por casan.*  
 Inops, ópis, o. *cosa pobre.*  
 Intercus, utis, o. *cosa de entre cuero i carne.*  
 Iter, itineris, n. *el camino.*

## J.

Jubar, aris, n. *el resplandor.*  
 Jüvenis, o. *jóven.*

## L.

Lacus, us, m. *el lago ó laguna.*  
 Lagópus, odis, f. *una yerba, y ave.*  
 Lapis, dis, m. *la piedra.*  
 Lar, aris, m. *el hogar.*  
 Larix, icis, a. *una especie de pino.*  
 Laser, eris, n. *el menjú, yerba.*  
 Laver, eris, n. *el berro.*  
 Lepus, óris, m. *la liebre.*  
 Lex, legis, f. *la ley.*  
 Lichen, énis, m. *el empeine.*  
 Lien, énis, m. *el bazo.*  
 Ligo, ónis, m. *el azadon.*  
 Ligur, *vel* Ligus, uris, m. *el Genovés.*  
 Linter, tris, a. *una barca.*  
 Lis, litis, f. *el pleito.*  
 Lócuples, étis, o. *cosa rica.*  
 Lynx, cis, a. *el linco.*

## M.

Magnes, étis, m. *la piedra imán.*  
 Manus, us, f. *la mano ó ejército.*  
 Margo, inis a. *la márgen.*  
 Mas, maris, m. *el macho.*  
 Mastix, igis, f. *el azote.*  
 Melisphyllum, i, n. *el tonjé.*  
 Melos, defect. n. *la melodía.*  
 Memor, oris, o. *el que se acuerda.*  
 Mercedes, edis, f. *el jornal.*  
 Meridies, ei, m. *el mediodía.*  
 Mos, moris, m. *la costumbre.*  
 Mugil, *vel* Mugilis, lis, m. *el mujol, pez.*  
 Mus, muris, m. *el raton.*

## N.

Nar, naris, m. *vel n. un río.*  
 Narbo, ónis, a. *una ciudad.*  
 Natrix, icis, m. *culebra del agua.*  
 Nectar, aris, n. *bebida de dioses.*  
 Nefas, indeclin., n. *lo ilícito.*  
 Nesis, idis, f. *una isla.*  
 Nux, ucis, f. *el nogal.*  
 Nycticorax, acis, m. *la lechuza.*

## O.

Obex, icis, a. *el estorbo.*  
 Obses, idis, m. *el rehen.*  
 Oleáster, oleástri, m. *el acebuche.*  
 Onyx, ychis, a. *la piedra cornarina.*  
 Orbis, m. *la redondez.*  
 Ordo, iais, m. *el orden.*  
 Orion, ónis, m. *un hombre, y estrella.*  
 Oryx, igis, m. *la cabra montés, ó el rebeco.*  
 Os, oris, n. *la boca.*  
 Os, ossis, n. *el hueso.*  
 Othrys, m. *un monte.*

## P.

Palúmbes, is, a. *la paloma torcaz.*  
 Panaces, indeclin., n. *una yerba saludable.*  
 Panax, acis, m. *lo mismo.*  
 Panis, m. *el pan.*  
 Papáver, eris, n. *la adormidera.*  
 Par, paris, o. *cosa igual, y por un par, n.*  
 Pariés, étis, m. *la pared.*  
 Partus, us, m. *el parto.*  
 Pecten, inis, m. *el peine.*  
 Pegasus, us, f. *una cabeza de ganado.*  
 Pelagus, i, n. *el Piélago.*  
 Pelvis, f. *la bacia.*  
 Penus, us, a. *la provision.*  
 Pes, pedis, m. *el pié.*  
 Phalanx, gis, f. *el escuadron de á pié.*  
 Phaselus, i, a. *un navío pequeño.*  
 Pix, picis, f. *la pez.*  
 Phoenix, icis, m. *el ave Fénix.*  
 Phylax, acis, m. *la guarda.*  
 Piper, eris, n. *la pimienta.*  
 Piscis, m. *el pez.*  
 Plus, uris, n. plur. o. *por mas, ó muchos.*  
 Pollux, ucis, m. *un hijo de Júpiter.*  
 Pórticus, us, f. *la lonja, ó soportal.*  
 Portus, us, m. *el puerto.*  
 Postis, m. *el bastidor de la puerta, ó la jamba.*  
 Præcox, ocis, o. *cosa temprana.*  
 Prex, cis, f. *el ruego.*  
 Procella, æ, f. *la tempestad.*  
 Profestus, a, um, o. *cosa de entre semana.*  
 Prófugus, i, m. *el fugitivo.*  
 Pronepos, otis, m. *el biznieto.*  
 Proneptis, f. *la biznieta.*  
 Prónuba, æ, f. *la madrina de la boda.*  
 Propágo, inis, f. *la vid, ó descendencia.*

Proserpina, æ, f. *una diosa.*  
 Protervius, i, m. *el cabezudo con desvergüenza.*  
 Pulvis, eris, a. *el polvo.*

Quadriga, æ, f. *el coche de cuatro caballos.*  
 Quercus, us, f. *la encina.*

Ravis, f. *la ronquera.*  
 Ren, enis, m. *el riñon.*  
 Restis, f. *la sogá.*  
 Robur, oris, n. *el roble.*  
 Rubus, i, a. *la zarza.*

Salix, icis, f. *el sauce.*  
 Samnis, itis, m. *el de Samnicia.*  
 Sardonix, ychis, a. *una piedra preciosa.*  
 Scrobs, obis, a. *el hoyo.*  
 Securis, f. *segur, ó hacha de cortar.*  
 Sentis, m. *la espina.*  
 Seps, sepis, m. *una serpiente; por el seto, f.*  
 Siler, eris, n. *la mimbrera.*  
 Silex, icis, a. *el pedernal.*  
 Sindon, onis, f. *la sábana.*  
 Siser, eris, m. *vel n. la ratz de la chirivía.*  
 Sitis, f. *la sed.*

Tálio, onis, f. *la pena del tanto por tanto.*  
 Tapa, æ, a. *el topo.*

Pumex, icis, a. *la piedra esponja.*  
 Pus, podos, m. *el pié.*

Questus, us, m. *la queja.*  
 Quiris, itis, m. *el Romano.*

Rudens, tis, m. *la maroma del navio.*  
 Rumex, icis, a. *la romaza, yerba.*

Smilax, acis, f. *el tejo, especie de yerba.*  
 Solox, ocis, f. *la lana basta.*  
 Spadix, icis, m. *el racimo de dátiles.*  
 Specus, us, a. *la cueva.*  
 Splen, enis, m. *el bazo.*  
 Stirps, tirpis, a. *la planta; por el linaje, f.*  
 Strigilis, f. *la almohaza.*  
 Storax, acis, m. *el estoraque.*  
 Suber, eris, n. *el alcornoque, árbol.*  
 Supellex, ectilis, f. *plur. n. la alhaja.*  
 Supplex, icis, o. *cosa humilde.*  
 Sus, suis, o. *el puereco.*

Tempe, indeclinable, n. *lugares amenos de Tesalia.*

Thorax, acis, m. *el jubon, ó coraza.*  
 Tibicen, inis, m. *músico de flauta.*  
 Tomex, icis, f. *la tomiza.*  
 Torques, is, a. *el collar.*  
 Torris, m. *el tizon.*  
 Tradux, ucis, a. *el mugron.*

Tribus, us, f. *el linaje, ó barorio.*  
 Trinácria, æ, f. *Sicilia.*  
 Tros, ois, m. *el Troyano.*  
 Tuber, eris, n. *la hinchazon.*  
 Turbo, inis, m. *el torbellino y peonza.*  
 Turtur, uris, m. *la tórtola.*  
 Tussis, f. *la tos.*

## U.

Uter, utris, m. *el odre.*  
 Uber, eris, o. *cosa fértil; por el pecho, n.*

Udo, onis, m. *el peal, ó es carpin.*  
 Unguis, m. *la uña.*

## V.

Vannus, i, f. *la zaranda.*  
 Varix, icis, a. *la vena gruesa.*  
 Vas, vasis, n. *el vaso.*  
 Vas, vadis, m. *el fiador.*  
 Vates, is, c. *el adivino.*  
 Vectis, m. *el cerrojo, ó barra.*  
 Venefica, æ, f. *la hechicera.*  
 Vepres, is, m. *la espina.*  
 Ver, eris, n. *la primavera.*  
 Verber, eris, n. *el azote.*  
 Vermis, m. *el gusano.*  
 Verres, is, m. *el verraco.*  
 Veru, indeclin. n. *el asador.*

Vervex, ecis, m. *el carnero.*  
 Vetus, eris, o. *cosa vieja.*  
 Vibex, icis, f. *la roncha, ó cardenal.*  
 Virus, i, n. *la ponzoña.*  
 Vis, defect. f. *la fuerza.*  
 Volvox, ocis, m. *el gusano revoltón.*  
 Vomis, vel Vomer, eris, m. *la reja del arado.*  
 Vulgus, i, m. *vel n. el vulgo de la gente.*  
 Vultus, uris, m. *el buitre.*

No se pone Indice de los Verbos, por no parecer necesario, como el de los Nombres, que es para los principiantes, y tambien por evitar prolijidad.

FINIS



EN LA MISMA LIBRERÍA.

NUEVO

AL DE ESTUDIOS CIENTÍFICOS

FÍSICA — QUÍMICA — COSMOGRAFÍA

Por J. LANGLEBERT

PROFESOR DE CIENCIAS FÍSICAS Y NATURALES. DOCTOR EN MEDICINA  
OFICIAL DE ACADEMIA

Y CH. BRIOT

PROFESOR EN LA FACULTAD DE CIENCIAS  
MAESTRO DE CONFERENCIAS EN LA ESCUELA NORMAL SUPERIOR

FÍSICA

Por J. LANGLEBERT

Edición enteramente refundida,  
aumentada con muchos capítulos  
sobre las nuevas aplicaciones de la  
electricidad, y puesta al corriente  
de los últimos progresos de la  
ciencia

Con 335 grabados en el texto

TRADUCIDA

POR D. F. GUTIERREZ BRITO

HISTORIA NATURAL

Por J. LANGLEBERT

TRADUCIDA

POR D. A. DE LINARES

*de la última edición francesa*

puesta al corriente de los progresos  
más recientes de la ciencia

Con 500 grabados en el texto

QUÍMICA

Por J. LANGLEBERT

Edición puesta á la altura  
los progresos más recientes de la  
Ciencia y aumentada con un apén-  
dice sobre la mecánica química.

Con 143 grabados en el texto  
*y algunas páginas cromolitográficas*

TRADUCIDA

POR D. LORENZO ELIZAGA

LECCIONES DE

COSMOGRAFÍA

6

ELEMENTOS DE ASTRONOMÍA

Por Ch. BRIOT

*Traducción castellana*

DE LORENZO ELIZAGA

Con numerosos grabados en el texto